



Universitätsbibliothek Paderborn

**Gallia Vindicata, In Qua Testimoniis Exemplisque
Gallicanæ Præsertim Ecclesiæ, Quæ Pro Regalia, Ac
Quatuor Parisiensibus Propositionibvs A Ludovico
Maimburgo, Alijsque producta sunt, Refutantur**

Sfondrati, Celestino

[Ort nicht ermittelt], MDCLXXXVIII.

7. Epistola Encyclica Episcopi Alectensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38277

eandique faciam, quo cœlestein Ei, totique Regiae Stirpi
Benedictionem, ac Gratiam à Deo efflagitem, ac interim,
quā majori possum veneratione, & obsequio sum erōque
semper. Apamia 29. Jun. 1677.

Majestatis Vestræ

Humillimus, Obsequientissimus & fidelissimus
Servus & Subditus

Franciscus Episcopus Apamiensis.

Documentum VII.

Epistola encyclica Reverendissimi Episcopi
Alectensis.

Nullus dubito, sententiam Vicarij & Officialis Narbo-
nensisstantā curā studiōque ubique locorum vulgatam,
& quā bina à meedita Mandata evertere conatur, in manus
vestras devenisse. Enimverò persuasum ego habeo, eodem
temporis momento, quo illam recepistis, unā etiam recor-
daros vos esse, quanta mihi incumberet necessitas, jura liber-
tatisque Ecclesiæ meæ, ac Dignitatem Episcopalem, quæ
in hac causa aequè periclitantur, impigrè tuendi. Id ego
conatus sum efficere Constitutione, quam hisce meis an-
nexam legetis, & ex qua facilè colligere licebit, non unius
tantum, sed communem, omniumque hujus Provinciæ
Ecclesiarum causam, ac periculum verti. Vos ergo, uti
spero, nec partibus vestris defuturi estis, nec omittetis in
vestris quisque Dicecessibus ea omnia curare, quæ huic sen-
tentia remoranda, ejusque effectui suspendendo necessa-
ria fuerint. Tantum id agite, ut sociatis junctisque viribus

Cc 2

com-

Gallia
indicata
C. III
23.5

204 Dissert. I. §VIII. Documenta ex Gallico
conimunem causam amplexemini, vósque Dignitatem
Auctoritatémque nostram oppugnantibus, Sacerdotali
libertate occuratis, & quod haec tenus nimiā fortè indul-
gentiā peccatum est, pari Zelo, oblatāque occasione oblit-
teretis. Ego interim Venerabundus perenno.

Aleştii 23. Octob. 1677.

*Humillimus & Obsequientissimus
Servus*

Nicolaus Episcopus Aleştensis.

Documentum VIII.

Actus Capitularis Ecclesiæ Apamensis contra
Procuratorem Domini Paucet Regalistæ.

Anno Domini 1677. die vigesimâ Junij comparuerunt
in Civitate Apamensi coram me Notario Regio P.
Franciscus Carlat Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis
Apamensis, & Prior Claustral is ex una; & Dominus Joa-
nes Ludovicus la Caze Diœcesis Convenensis, ac D. Petri
Paucet Presbyteri legitimus Procurator ex altera partibus:
qui ultimus exposuit, se circa horam nonam ante meri-
diem compariturum, atque Chirographum Regium exhibi-
turum, vigore cuius Archidiaconatus, & Canonicatus
Regularis, olim à Domino Mascalone possessus, præfato
Domino Petro Paucet Presbytero confertur; rogare pro-
inde, ut nomine ac vice sacerdicti Domini Petri ac Regij
Chirographi intuitu, ut in Archidiaconatum ac Canoni-
catum Apamensem recipere eum vellent. Cui petitioni
per eundem Dominum Franciscum Carlat Archipresby-
terum